

• Ubertino et comuni Padue vel sindicis et procuratoribus eorum
 • erga dictos dominos de la Scala et terras eorum cum stipulatio-
 • nibus et solemnitatibus opportunis hinc inde.

• Item quod cives fideles et subditi civitatum Venetiarum, Pa-
 • due et Tervisii, qui haberent terras, possessiones aut alia bona
 • eis de jure spectantes et spectantia in civitatibus, terris, locis et
 • districtibus dictorum dominorum de la Scala ac civitatum Vero-
 • ne, Vincentie et Parme et ex contrario cives, districtuales et sub-
 • diti dictorum dominorum de la Scala et dictarum civitatum Vero-
 • ne, Vincentie et Parme, qui haberent terras, possessiones aut alia
 • bona eis de iure spectantes aut spectantia in civitatibus, terris,
 • locis, et districtibus Venetiarum, Padue et Tervisii, debeant eis
 • gaudere, tenere et possidere pacifice et quiete.

• Item quod dominus Dux et comune Venetiarum de solita
 • benignitate et gratia sua recomandatas habeant et habebunt, tam-
 • quam suas cives, filias egregii viri quondam Rizardi de Camino
 • novelli pro bonis et juribus earundem.

• Item quod venerabilis pater dominus episcopus Parmensis
 • libere gaudeat bonis, possessionibus, juribus, honoribus et juris-
 • dictionibus omnibus, sibi et ecclesie sue, ratione et nomine sui
 • episcopatus, pertinentibus, quibus gaudebat dum esset in civitate
 • Parme, antequam domini Albertus et Mastinus predicti haberent
 • dominium civitatis prefate. Et etiam sibi pertinentibus ratione
 • patrimonii, si quid inde habet tam in civitate Parme quam in
 • tota ejus diocesi et districtu. Ita tamen quod hec applicari et in-
 • telligi non possit nec debeat aliqua forma vel colore ad dominium
 • civitatis Parme.

• Item quod domini de Rubeis, de Parma, scilicet Rolandus,
 • dominus Andreas et alii dicte domus, sint, inserantur et inclu-
 • dantur et pro insertis et inclusis habeantur in pace presenti cum
 • eorum amicis, absentatis, exulibus vel expulsis de civitate et di-
 • strictu Parme, et quod tenere et possidere debeant ipsi domini
 • de Rubeis castra et loca omnia, que hodie tenent et possident seu